UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Maximi, Clavdii, Praepedignæ & duorum filiorum eius martyrium, inueniet lector in gestis S. Susannæ die 11. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

Visual Library

monia ſunt, & ſimulacra nullo ſenſu prædita. Ego autem omnia ſuppliciorũ genera prius ſubire paratus ſum, quàm relicta fide noſtra, ad impium ſimulacrorum cultum tranſire.

Cùm deindè multa admodum luculenter in ratione fidei diſſereret, Iudæorum & gentilium multitudo exclamauit, vt ſilentium ei à Procuratore imponeretur. Procurator verò cum ſua ſpòtè ſatis ad iram incitaretur, iuſsit venerandi martyris corpus flagris crudeliter cędi, atq; in confeſſione Chriſti perſeuerantem martyrem manibus pedibusque ligatis, in torrentem demergi. Vix impius Procurator ſententiam protulerat, cùm Leo ſublatis ad Deum oculis gratias egit: & vltimum ſpiritum in precibus pro perſecutorũ ſuorum ſalute fuſis, in medijs fluctibus emiſit.

Martyr cæditur flagris & in torrentem demergitur.

MAXIMI, CLAVDII, PRAEPEDIgnæ & duorum filiorum eius martyrium, inueniet lector in geſtis S. Suſannæ die 11. Auguſti.

VITA S. AVXIBII, ARCHIEPISCOpi Solenſis, qui fuit diſcipulus ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ Marci. Ferturq; ab eo baptizatus. Claruit ſub Nerone Imperatore.

Vide Cæſ. Baron. In Notat. Martyr Rõ.

19. Februa. Roma patria Auxibij.

BEatus Auxibius Romæ diuitibus admodũ, ſed idolorum cultu nefario pollutis, natus parentibus: fratrem vnicum habuit Themiſtagoram, longè à ſuis moribus in primis annis diſſimilem. Erat enim Auxibius vrbano &, mitti ingenio, mente verò caſta atq; pudica, & vt vno verbo dicam, cunctis erat virtutibus egregiè ornatus. Cùm autem à parentibus, omnibus: huma-

næ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN